

VIE LATINE D'ADAM ET D'ÈVE

LA RECENSION DE PARIS, BNF, LAT. 3832

INTRODUCTION

La *Vie d'Adam et Ève* est un apocryphe connu sous plusieurs formes et dans de nombreuses langues ¹. Jusqu'ici seule était connue en latin la *Vita Adae et Evae* (= VL), forme de la *Vie d'Adam et Ève* différente de la *Vie grecque* (= VG) ². La recherche des témoins manuscrits de VL encore ignorés a conduit à la découverte en traduction latine d'une forme de l'apocryphe qu'on ne connaissait jusqu'à présent que dans deux recensions moyen-orientales, arménienne et géorgienne ³. Cette découverte révèle la diffusion dans toute la chrétienté d'une même recension, grecque sans doute à l'origine, et modifie notre représentation des relations entre les diverses formes de la *Vie d'Adam et Ève*.

Deux témoins de cette traduction latine ont été découverts récemment : Paris, BNF, lat. 3832 (= Pr) et Milan, Bibl. Ambrosiana, O 35 sup. (= Ma). Une première étude ⁴ consacrée à l'analyse de Ma était déjà confiée à l'imprimeur quand a été découvert le témoignage de Pr. Or celui-ci transmet presque intégralement la forme moyen-

1. Les éditions des différentes recensions de la *Vie d'Adam et Ève* sont citées dans la bibliographie fournie en tête de la deuxième partie.

2. Tous les témoins déjà connus de cette forme de l'apocryphe présentent une même structure et un même vocabulaire que d'innombrables variantes de détail ne modifient pas substantiellement. Une première analyse de la tradition manuscrite de la *Vita Adae et Evae* doit paraître dans une prochaine livraison d'*Apocrypha*.

3. Cf. STONE, 1981 et MAHE, 1981.

4. Cf. J. P. PETTORELLI, « La Vie latine d'Adam et Ève », *ALMA*, LVI (1998), pp. 5-104.

orientale de la *Vie d'Adam et Ève*, alors que *Ma* n'en transmet que les vingt-trois premiers paragraphes ⁵. Il s'agit ici de faire connaître le texte de *Pr* et d'en dégager les principales variantes par rapport aux recensions déjà connues, variantes qui obligent à reprendre l'histoire du texte grec.

Il n'était pas possible dès maintenant d'inventorier dans le détail et de répondre aux questions que soulèvent à la fois l'existence au milieu du XII^e siècle en Normandie d'un témoin latin d'une telle forme de la *Vie d'Adam et Ève*, et la forme même du texte qu'il transmet. Cela exigera un travail de longue haleine, analogue à celui conduit par Marcel Nagel dans sa propre thèse sur la *Vie grecque d'Adam et Ève*. Attendre que ce travail ait été mené à bien aurait retardé la publication de *Pr* au-delà du raisonnable. Le lecteur voudra bien accepter de ne trouver ici que le premier moment de cette analyse.

LE MANUSCRIT PARIS, BNF, LAT. 3832

Le manuscrit

Pr = Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 3832, pp. 181-192 ; parchemin, 196 pp., 205x140 mm., 27/28 lignes par page ; XII^e siècle ⁶.

- Incipit : *Factum est autem cum expulsus fuisset adam de paradyso et eua mulier eius, exeuntes de paradyso, abierunt ad orientem, et fecerunt sibi tabernaculum, et ibi fuerunt diebus septem, lugentes et clamantes in magna tribulatione. Post autem vii^{em} dies, ceperunt esurire, et querebant quid manducarent, sed non invenerunt.*

5. Étant donné que *Ma* présente ces vingt-trois paragraphes dans un texte proche de celui de la rédaction anglaise, on ne pouvait savoir s'il transmettait une partie de celle-ci ou témoignait d'une autre tradition. Seule la découverte de *Pr* révèle qu'il existait en Occident une traduction latine de la forme moyen-orientale de la *Vie d'Adam et Ève*.

6. Bibliothèque nationale, *Catalogue général des manuscrits latins*, t. VII, *Homéliaires*, Paris, 1988, pp. 457-460. Ce manuscrit appartenait à la collection Bigot. Le catalogueur précise : « Une seule main. Initiales filigranées rouges et bleues. Rubriques. 12 cahiers de 8 ff., sauf le 11^e de 12 ff. (pp. 161-184) et le 12^e de 6 ff. (pp. 185-196) » et, dans sa description de la copie de la *Vita Adae et Evae*, il renvoie à l'édition de J. H. Mozley, « avec de nombreuses var. ». La numérotation indiquée correspond à des pages et non à des folios.

- Explicit : *Quibus uero factis, ait dominus ad archangelum : Afferte corpus abel filii eius aliasque tres sindones ei praeparate, quoniam in sepulcro erit, ex quo exhibit corpus eius de terra* (§40 de VG).

Ce témoin, sans titre initial ou final, contient les paragraphes suivants de la *Vie d'Adam et Eve*⁷ : 1-22, 23-24 (= 2-5,1), 30-44 (= 5,2-15,1), 15-24 et 29-30⁸, 31-33, 37, 40. On lit ensuite, pp. 193-194, une copie plus récente (XIII^e siècle) d'un court passage de l'*Évangile de Nicodème* emprunté à la version latine A, chapitre 18 et début du chapitre 19.

Ce manuscrit appartient à la collection Bigot ; comme la plupart des manuscrits de cette collection, il est sans doute originaire de l'Ouest de la France ; daté du XII^e siècle par le rédacteur du catalogue⁹, il transmet :

- pp. 1-128, 135-137 : Geoffroy Babion, Homélies ;
- pp. 129-135 : Yves de Chartres, Sermons ;
- pp. 137-150 : Amalraire de Metz, Interprétation du Canon de la Messe ;
- pp. 150-172 : *Expositio divinorum officiorum* ;
- pp. 172-173 : *De Baptisma, eucharistia et confirmatione* ;
- pp. 173-175 : *Expositio in Symbolum apostolorum* ;
- pp. 175-177 : Extraits patristiques ;
- pp. 177-180 : Catalogue chronologique des papes jusqu'à Sergius III, mort en 911 ;
- pp. 181-192 : *Vita Adae et Evae* ;
- pp. 193-194 : Évangile de Nicodème, Version A, ch. 18-19 ;
- pp. 194-195 : Sermon sur Luc 10,38 ;
- pp. 196 : Sentences exégétiques.

7. Les numéros de paragraphe en romain correspondent à ceux de la *Vie latine* selon le découpage de Meyer, et les numéros en italique, à ceux de la *Vie grecque* selon le découpage de Bertrand ; cf. infra, les règles d'édition.

8. Aucun autre témoin latin de la *Vie d'Adam et Ève* inventorié jusqu'à ce jour n'a conservé le récit de la faute originelle tel qu'il est raconté par Ève dans les rédactions orientales.

9. M^{me} P. Stirnemann, chercheur au CNRS, a bien voulu me confirmer l'origine normande de *Pr* et pense pouvoir en dater plus précisément l'écriture du milieu du XII^e siècle (vers 1160). Je la remercie bien sincèrement de m'avoir aidé à préciser ces éléments.

Règles d'édition

Pour l'essentiel, la graphie du manuscrit a été conservée ¹⁰, avec cependant deux modifications : l'initiale des noms propres, écrite en majuscule seulement en début de phrase dans le manuscrit, est transcrite ici systématiquement par une majuscule, et l'enclitique *-que*, le plus souvent séparé par un blanc du mot qui le précède, lui est accolé ; la diphthongue (*ae/oe*) transcrit le *e* *cédiillé*, qui n'est utilisé ni fréquemment ni régulièrement. Les difficultés morphologiques ou syntaxiques font l'objet de notes complémentaires.

Le découpage indiqué suit l'exemple donné par les éditeurs des recensions arménienne et géorgienne ¹¹ : les numéros de paragraphe en romain renvoient aux paragraphes de *VL* selon la numérotation de l'édition de Meyer, les numéros en italique, à ceux de *VG*, selon celle de l'édition de Bertrand ; le sous-découpage propre à cette dernière édition est indiqué seulement quand son découpage des paragraphes ne correspond pas exactement à celui de la recension latine ¹².

Le système de ponctuation du manuscrit, qui comprend le *punctus elevatus*, le point bas et le point d'interrogation ¹³, a été conservé : le *punctus elevatus* est transcrit par une apostrophe ('), le point bas devant une minuscule par une virgule (,), le point bas devant une majuscule après le verbe *dixit*, ou équivalent, par deux-points (:), le point bas devant une majuscule, en dehors du cas précédent, par un point (.) et le point d'interrogation par lui-même (?).

Les parenthèses (-) traduisent une lecture incertaine ; les crochets pointus <->, un ou plusieurs caractères manquants ; les accolades {-}, un redoublement apparemment inutile.

10. Devant la difficulté de distinguer clairement les graphies *cia* et *tia*, c'est la graphie traditionnelle qui a été retenue. On pourra se faire une idée de la graphie du manuscrit en étudiant l'image de la figure 1.

11. Solution déjà suggérée par M. Nagel (cf. NAGEL, 1974, t. 1, p. 121).

12. Le découpage par paragraphe ne correspond pas toujours à la ponctuation des manuscrits ; il peut se trouver des paragraphes qui se terminent sans ponctuation et dont le suivant commence aussi sans majuscule.

13. Cf. B. BISCHOFF, *Paléographie de l'antiquité romaine et du moyen âge occidental*, traduction française par H. ATSMAN & J. VEZIN, Paris, 1985, pp. 187-188. Le point médian ne semble pas utilisé ; le *punctus elevatus*, à défaut d'une autre solution, est représenté dans l'édition par une apostrophe, car c'est une ponctuation plus faible que le point bas. Son emploi est d'ailleurs lui-même instable ; il n'est peut-être pas sans intérêt de noter qu'il est beaucoup plus fréquent dans la première partie, où est copié le texte traditionnel de la *Vita* (48 occurrences) que dans la partie où est copiée la traduction de la *Vie grecque* (7 occurrences).

Une image

184

p̄dē. Rogo etiā dñe da m̄ glām quā amisi. H̄c autē cū dixisset usq̄ paruo
 diabolus. Ad̄ t̄ orationē suam iniqua iordant̄ facit. in penitētia sua p̄ce
 tabat. H̄c autē tua ad adā. V̄ue tu cui gēp̄c̄ sū. Qm̄ neq; in p̄ma p̄uincatiōe
 neq; n̄c; a uis̄ ē. t̄ al̄q̄ facē. Ego ū s̄i seducta. mandacū d̄ca n̄ custodiēdo. sequa.
 5 caā de luce uite ei? ¶ H̄c autē ad solut̄ oculū t̄bi s̄e tenebre uadā. t̄bi q;
 berbā uident̄ tarduo usq; moriat. qm̄ in digna sū uicē. Venit ḡ ad occidē
 rap̄ lugē flē cū gemitu magno. ḡ s̄e sibi habitacūm. Erat autē habent̄ in uis̄
 ācep̄cū. S; cū app̄q̄t̄s; eī partus. cep̄t̄ ēbari clamauit q; ad dñm̄ dñm̄. V̄i
 ser̄ mei dñe adiuua me. S; n̄ gaudio s̄e uocet̄ ei. neq; circa illā m̄ā uenit
 10 leuio ḡ cū gemitu magno d̄cent̄. V̄bi et dñe n̄s̄ adā ut me uideat̄ in ma
 gnis dolorb; posita. S; q̄i cūtiabit. H̄uq̄d̄ ei uocē annūciabit. ut ueniat
 ḡ me audiat. V̄p̄c̄o autē uol̄ lammaria q̄li d̄u reuocari ad uenitē. n̄l̄
 cūte ade dolores meos quos p̄ceos. Auduit autē adā plantū eue orauit q;
 p̄ca dñm̄. V̄staudiuu dñs̄ d̄s̄ uocē orationis ei. ḡ ade penitēciā suscep̄t̄.
 15 T̄c̄ ū d̄p̄t̄ adā. Erat ḡa ḡuadam ad tuā ut ut uideā quare plorat. ne
 face diabolus rertū eā impugnet. Venit ḡ ad eā adā. ḡ inuenit̄ flentē. H̄c
 autē tua. Dñe n̄s̄ adā ut uidi te. refrigerauit̄ anima mea t̄c̄no dolore
 posita. N̄l̄ q̄d̄ ē n̄cauerit̄ q̄li lammaria. ḡ uolacilia. Erat ḡ de
 precare dñm̄ creaturē tuā. ut respiciat ḡ miseret̄ mei. me q; libere
 20 de dolorb; istis. pessimis. Uident̄ uero adā plangentē euā. cep̄t̄ ḡ ipse
 flere. clamat̄ ad dñm̄ p̄ ea. Venerunt autē v̄i. anḡl̄i c̄c̄lo. et d̄ue uirtu

Figure 1. Paris, BNF, lat. 3832, p. 184, lignes 1-21 (= §17-21)¹⁴

Caractéristiques notables :

- 1) le *punctus elevatus* : l. 2, après *faciens* ; l. 4, après *nunc* ; l. 8, après *partus*, etc...
- 2) le point d'interrogation : l. 11, après *enunciabit* ; l. 12, après *audiat* etc...
- 3) le *e cédillé* : l. 1, *haec* ; l. 12 & 18 : *caeli* ; l. 21 : *caelo*
- 4) les graphies du U/V majuscule : l. 6, *Venit* ; l. 10, *Vbi* ; l. 20, *Uident* ; l. 21, *Venerunt*
- 5) la graphie qui apparaît devant *Nunc* (6^e mot de la ligne 5) correspond à un caractère du folio précédent à travers un trou dans le parchemin.

14. Image obtenue par numérisation informatique avec atténuation des taches dues à l'ancienneté. Pour permettre une lecture convenable du texte, seules 21 lignes ont été reproduites sur les 27 que contient la page.

Paris, BNF, lat. 3832 *et* Milan, BA, O 35 sup.

Pour aider à la comparaison entre les textes de *Pr* et de *Ma*, la colation de *Ma* éditée précédemment¹⁵ est imprimée sous le texte correspondant de *Pr*. Cette disposition manifesterà à la fois la proximité des deux rédactions et les nombreuses variantes qui les distinguent ; elle permettra au lecteur de compléter dans tous ses détails l'analyse de leur relation initiée dans la deuxième partie de ce travail.

I. ÉDITION

<VITA ADAE ET EVAE>

[p. 181] 1. Factum est autem cum expulsus fuisset Adam de paradyso et Eua mulier eius, exeuntes de paradyso, abierunt ad orientem, et fecerunt sibi tabernaculum, et ibi fuerunt diebus septem, lugentes et clamantes in magna tribulatione. Post autem vii^{em} dies' ceperunt esurire, et querebant quid manducarent' sed non inuenerunt.

2. Tunc dixit Eua ad Adam : Domine meus esurio ualde. Quare non uadis et non queris nobis quid manducemus ? Quoadusque uideamus si forte miserebitur dominus deus nobis et reuocet nos in locum quo eramus. Quo audito surrexit Adam, et per septem dies circuitiuit omnem terram illam et non inuenit escam ullam qualem in paradiso habuerant.

Milan, BA, O 35 sup.

[f. 95r] 1. Factumque est cum expulsus fuisset Adam et Eua de paradiso, exientes de oriente permissi fecerunt dies sibi septem lugentes, et lamentantes magna tristitia. Postquam autem septem perfecerint dies, ceperant exurire, et uolebunt manducare, et non habebant.

2. Et dixit eua ad adam domine mi exurio ualde, que [f. 95v] re nobis quod manducemus, quousque uideamus ne forte respicias, et misereatur nostri deus et reuocet nos in locum quo eramus. Et surgens adam per secpitem dies ambulabat per omnem terram illam et non inuenit escam qualem habebant in paradiso.

1. ¶ [esurire] *scr.* exurire *et* *erasit* x *Pr*. — 2. ¶ [esurio] *scr.* exurio *et* *erasit* x *Pr*

15. Cf. *ALMA*, LVI (1998), p. 72-77.

3. Dixit autem Eua ad Adam : Domine meus morior fame. Et utinam ego nunc morerer' si forte introduxerit te dominus in paradysum, quia propter me iratus est. Et dixit Adam : Magna est in caelo et in terra creatura eius. Verum propter te an propter me hoc nescio factum est. Dixit autem Eua ad Adam : Domine meus uis interficere me ut moriar, et tollas me a facie domini dei, et a conspectu angelorum eius, ut obliuiscatur irasci tibi dominus deus. Forsitan ipse introducat te in paradysum, quoniam causa mei expulsus es. Dixit uero Adam : Noli Eua talia loqui' ne aliquam iterum maledictionem inducat dominus deus nobis. Quomodo potest fieri ut mittam manum meam in carnem meam ? Sed surgamus et queramus nobis unde uiuamus, ut non male deficiamus.

4. Euntes ergo quesierunt, et non inuenerunt sicut habuerant in paradiso. Sed hoc tantum quod animalia et bestie edebant. Dixit uero Adam : Hoc tribuit dominus animalibus et bestiis ut edant' nobis autem escam angelicam. Dixit autem ad Euam Adam : Nunc uero plangamus et lugeamus ante conspectum domini dei qui fecit nos' et peniteamus in magna penitentia xl diebus, si forte indulgeat dominus deus nobis, et donauerit nobis unde uiuamus.

5. Et dixit Eua ad Adam : Domine meus dic mihi quid est penitentia' et qualiter peniteamus' ne forte laborem nobis imponamus quem non possumus adimplere, et non exaudiantur preces nostre' et non aduertat deus faciem suam a nobis, quia non impleuimus quod promisimus.

3. Et dixit eua ad adam : Putas ne moriar fame domine meus, dixit adam eue : Magna est ira in celo, et in omne creatura propter nos. Et dixit eua : domine adam interfice me ut moriar, et tollar affacie domini mei, et a spectu angelorum eius et obliuiscatur mei. Irascitur enim deus tibi propter me, forte introducat te intro in paradiso, quoniam causa mei expulsus es inde. Et dixit adam : Eue, noli talia dicere, ne forte aliquam malediccionem (iterum) super nos inducat dominus deus. Quomodo (—) est fieri ut mittam manum in meam carnem. Eamus igitur et queramus nobis unde uiuamus et non deficiamus.

4. Et euntes quesierunt escam, et non inuenerunt qualem in paradiso habuerunt. Sed hoc tantum inueniebant quod animalia edebant pascentes. Et dixit adam hoc tribuit dominus animalibus et bestiis edere, nos autem escam angelorum utebamur. Plangamus, et lugeamus, ante conspectum dei [f. 96 r] qui fecit nos, et peniteamus in magna penitentia diebus quadraginta, si forte indulgeat, et misereatur dominus deus noster nobis, et disponat nobis unde (uiuamus).

5. Et dixit eua adam : Domine meus, dic michi quid est penitentia, aut qualiter peniteamus. (Non) forte labores nobis ponat quos nos non posimus adimplere. Et iterum dixit : domine meus, quantum cogitasti penitere. Ego enim induxi tibi laborem istum, et tribulationem.

6. Dixit uero Adam : Nonquid potes tot dies facere quot et ego ? Non enim dicam tibi tantos, sed tantos [p. 182] fac ut salueris. Ego autem faciam dies xl vii^{em}. Quoniam non es plasmata sexto uel septimo die, sed ego plasmatus sum in qua die consummauit deus omnia. Surge ergo et uade ad Tygris fluuium et tolle lapidem istum tecum, et sta super eum in aqua usque ad collum, et non exeat sermo ex ore tuo ullus quia indigni sumus rogare dominum, et labia nostra indigna sunt manducando de ligno illicito. Esto inquam ibi dies xxx^{ta} iii^{res}. Ego uero ibo in Jordanem diebus xl^a et forsitan miserebitur nobis dominus deus.

7. Abiit autem Eua ad Tygris flumen, et fecit sicut dixit ei Adam. Ipse uero abiit in Jordanis fluuium, habens et ipse secum lapidem, et erat intus in flumine usque ad collum, et capilli capitis sui expansi super aquas.

8. Tunc dixit Adam tibi dico Jordanis' condole mihi, et congrega omnia animantia que intra te sunt. Circumdate me et lugete me hic. Non se lugeant sed me, quia ipsi non peccauerunt sed ego. Neque admiserunt delictum neque fraudati sunt escis suis' sed ego fraudatus sum. Et hoc dicens statim omnia animantia uenerunt et circumdederunt eum, et aqua fluminis stetit in ea hora. Tunc Adam clamauit ad dominum deum, et facte sunt ad eum uoces angelice per singulos dies. Completi sunt autem dies xviii^{em}, quibus lugentia erant omnia animantia Adam.

6. Et dixit adam : Numquid tu potes tot dies penitere, quot et ego ego enim penitebo per dies quadraginta, et tu diebus triginta. Tu enim non es plasmata sexto die sed ego, in qua die consummauit dominus deus omnia opera sua. Surge ergo et uade ad flumen tigris, et tolle tecum lapidem istum, et sta sub eo usque ad collum, in altitudine fluminis, et non exeat sermo de ore tuo, quia indigni sumus rogare dominum, quoniam labia nostra indigna sunt manducare de ligno illicito, et sta ibi triginta diebus. Ego enim in giordane penitebo quadraginta diebus, forsitan miserebitur nostri deus.

7. Et abiit, eua ad fluuium tigris, et fecit sicut precepit (ea) adam. Et ipse abiit ad fluuium iordanis et tulit secum lapidem, et erat usque [f. 96 v] ad collum in aqua, et capilli capitis eius, expansi erant super aquas.

8. Tunc dixit adam : Tibi dico aqua cum dolore ut circum (—) me et lugeant et animalia mecum pariter non se sed me quoniam ipsa non peccauerunt sed ego. Et hoc eo dicente statim genera animalium uenerunt et circumdederunt eum et aquae fluminis non fluerunt stantes in illa hora. Tunc adam clamauit ad dominum deum, et facte sunt ad eum uoces angelice per singulos dies decem et septem. Erant enim lugentes pariter omnia animantia cum adam.

8. ¶ [hora] h scriptum supra lineam Pr ¶ [clamauit] scr. clamiuit et corr. a supra lineam. Pr ¶ [xviii^{em}] sic Pr

9. Tunc uero conturbatus est aduersarius Sathanas' et transfigurauit se in claritatem angelicam, et abiit ad Tygris fluuium ubi erat Eua. Et cum uideret Euam flentem, cum dolo cepit et ipse flere et dixit ad eam : Exi de flumine et quiesce et amplius ne plores. Iam cessa de tristitia tua' qua sollicita es. Audiuit enim deus gemitum uestrum' et suscepit penitentiam uestram. Vnde nos et omnes angeli deprecati sumus eum pro(pter) afflictionem uestram, et misit me educere uos de aqua et dare uobis alimentum uestrum quod habuistis et perdidistis pro quo lugetis. Nunc ergo egredere et ducam uos in locum uestrum' ubi paratus est uictus uobis.

10. Quod ut audiuit Eua de aqua exiuit, et caro eius uiridis erat sicut herba a frigore aque. Et dum egrederetur cecidit in terram, et iacuit ut mortua pene tota die. Vt autem surrexit' duxit eam diabolus ad Adam, uirum eius. Cum uero uidisset Adam Euam et diabolum cum ea' clamauit uoce magna cum fletu dicens : O Eua ubi est opus uel fructus tue penitencie. Iterum enim seducta es ab aduersario tuo per quem alienati sumus de habitaculo et de letitia nostra.

11. Hoc audiens Eua cecidit in faciem suam in terram et facta est uelud mortua ante Adam. Igitur duplicatus est dolor et planc<t>us Ade. Clamauitque [p. 183] cum gemitu magno dicens : Ve tibi dia-

9. Et conturbatus est aduersarius satanas, et transfigurauit se in claritatem angelicam, et abiit ad fluuium trigis ad euam. Et dixit ad eam : Eua, Eua, egredere de flumine, et pausa deinceps, ne ploraueris, iam cessa de tristitia quia saluata es tu et uir tuus. Audiuit enim dominus deus gemitus uestros, et suscepit penitentiam uestram, unde et nos (omnes) angeli rogauimus deprecantes eum propter afflictionem uestram, et misit me dominus ut aducerem uobis alimentum qualem habuistis, et perdidistis. Nunc ergo egredere, et deducam uos in locum ubi paratus est nobis uictus uester.

10. Et tunc eduxit euam de aqua, et erat caro eius sicut erba de frigore aque. Et cum egrederetur eua de aqua cecidit in terram et eleuauit statim eam [f. 97r] seductor. Eua uero ut mortua penituit tota die, postea surrexit et aduxit eam diabolus ad adam uirum suum. Et cum uidisset eam adam, Et diabolum cum ea, clamauit uoce magna cum fletu dicens : O eua ubi est opus penitentie tue. Quomodo iterum suasa es, et deducta es (ab aduersario) isto, nostro, per quem alienati sumus de abitatione et letitia nostra, magna.

11. Hec audiens eua cognouit quia diabolus esset, quia eam fecit egredere de aqua, qui eam prius dolo subplantauerat. Et cadens in terram super faciem suam facta est sicut mortua, ante adam, et duplicatus est ei dolor et gemitus, et planctus, et clamauit cum gemitu magno dicens : ue tibi diabole, qui expungnas nos gratis, quid tibi, et nobis. Quid fecimus, quod nos persequeris. Quare in nobis est malitia tua. Non enim nos astulimus gloriam tuam, aut nos fecimus quod nunc sine honore es. Quid curam habes contra nos. Nos non fecimus sed superbia tua, quid persequeris nos iniuste. Quid queris nos inpie, et inuidiose, et maledicte.

9. ¶ [propter] *non iam legitur correctio supra lineam Pr*

bole' qui expugnas nos gratis' Quid tibi et nobis est ? Vel quid tibi fecimus (quoniam) dolore nos insequeris ? Quare in nobis est malitia tua ? Numquid nos abstulimus gloriam tuam, uel honorem tuum, fecimusque ut sine honore esses quem habebas ? Quare iniuste et inuidiose nos persequeris ?

12. Quod audiens diabolus plorauit et gemendo dixit ad Adam : Tota inimicitia mea et inuidia et dolus, a te sunt. Propter te enim expulsus sum a gloria mea et claritate mea quam habui in celis in medio archangelorum. Propter te etiam proiectus sum in tartara.

13. Dixit etiam diabolus ad Adam : Equidem tu mihi fecisti quod tui causa proiectus sum. Quo die plasmatus es' ego a facie dei dampnatus sum. Quando enim in te deus insufflauit spiritum uite' factus est uultus tuus ut similitudo imaginis dei. Et adduxit te Michael ante conspectum dei' et fecit te adorare dominum, et dixit dominus deus : Ecce Adam feci ad inmaginem et similitudinem nostram.

14. Egressus autem Michael uocauit omnes angelos et dixit eis : Adorate inmaginem dei sicut praecepit dominus deus. Ipse quidem adorauit te prius. Tunc uocauit me et dixit mihi : adora inmaginem dei. Cui dixi : Ego non adorabo Adam' si necesse habeo adorare te. Audiuit autem dominus sermonem quem ego locutus sum. Dixitque Michaeli ut me expelleret. Et dixit mihi : Recede a nobis. Quid nos cogis ? Cui dixi : Non adorabo ultimum omnis creature tue. Prior enim omnium factus sum. Antequam uero fieret ego iam eram. Ille quidem me debet adorare' non ego illum.

15. Quod audientes ceteri angeli dixerunt mihi' numquam ab illis hoc idem fieri.

12. Et plorauit{que} diabolus ingemuitque et dixit : tota inimicitia mea et inuidia ad te est quia propter te proiectus sum.

13. Qua die tu plasmatus es, ego [f. 97 v] a facie dei damnatus sum et foras missus sum. Quando enim insufflauit in te spiritum sanctum (uite), factus est similis uultus dei. Et adduxit te michael et fecit te adorare in conspectu domini. Et dixit dominus deus : Ecce adam quem fecit dominus ad inmaginem et similitudinem nostram.

14. Et egressus michael uocauit omnes angelos et dixit eis : Adorate inmaginem dei, sicut ipse precepit deus et ipse primus adorauit, et dixit mihi : Adora inmaginem dei. Et dixi michaeli : (Sustine te) adam me est posterior, et omnes creature et neque per illum factus sum sed fui antequam ipse fieret ego iam eram, ille me debet adorare.

15. Audierunt et alii angeli, et ipse pariter, similiter mecum fecerunt. Et cum fecissemus secundum hunc uerbum, et fuissetis resistentes et non adorauimus.

16. Cum autem in hoc sermone perseueraremus resistentes deo iratus est nobis dominus deus' iubendo nos expelli et emitti foras. Sumus itaque tui causa expulsi, de habitaculis nostris, et proiecti in terram. Tu uero cum esses in deliciis paradisi, dum agnouisti quod tui causa expulsus sim' conuersus sum in merore, quia expulsus sum a tanta gloria et in letitia deliciarum uidebam te. Circumueni igitur te dolo per mulierem tuam, et feci te expelli a deliciis paradisi. Quia sicut expulsus sum a gloria mea, ita egi ut expulsus fuisses de paradiso. Non enim pati uolui ut te uiderem unde expulsus sum.

17. Cum autem audiret hoc Adam a diabolo' exclamauit cum fletu magno et dixit : Domine deus meus in manus tuas uitam meam comendo, quatinus aduersarius meus longe sit a me querens animam meam [p. 184] perdere. Rogo etiam domine da mihi gloriam quam amisi. Haec autem cum dixisset nusquam comparuit diabolus. Adam uero orationem suam in aqua Jordanis faciens' in penitentia sua perseuerabat.

18. Dixit autem Eua ad Adam : Viue tu cuius conceptus sum. Quoniam neque in prima preuaricatione neque nunc' ausus est tibi aliqua facere. Ego uero sum seducta mandatum dei non custodiendo, separata etiam de luce uite eius. Nunc autem ad solis occasum ubi sunt tenebre uadam, ibique herbam comedens triduo usque moriar, quoniam indigna sum uiuere. Venit igitur ad occidentem et cepit lugere et flere cum gemitu magno, et fecit sibi habitaculum. Erat autem habens in utero conceptum.

19. Sed cum appropinquasset eius partus' cepit turbari clamauitque ad dominum deum : Miserere mei domine adiuua me. Sed

16. iratus est nobis deus, et iussit nos expelli et micti foras, et scimus quia causa tui exules facti sumus de clarissima habitatione nostra. Et proiecti sumus in terram, et tu eras in deliciis paradisi. Et dum cognouimus quod tui causa expulsi eximus sic placuit mihi, ut uiderem te inde expulsus.

17. Et cum hec audisset adam a diabolo exclamauit cum fletu, et [f. 98 r] dixit : Domine deus meus uita mea in manibus tuis est precor ut (aduersarius) meus longe sit a me, et statim numquam ei amplius diabolus apparuit. Adam autem penituit stans in aqua iordanis in penitentia sua.

18. Et dixit (eua) adam : Viue tu qui confessus es, quoniam nec prima preualicatione neque modo illusus es tu et ego seducta sum, quia non custodiui mandatum dei. Et nunc separa me de luce mundi huius, et uadam ubi (sum) sola, ubi sunt tenebre et ero ibi edens herbam usque dum moriar, quia non sum digna de esca uite edere. Et cepit ire contra occidentalem partem cum gemitu magno, et fecit ibi habitaculum, habens in utero trium mensium.

19. Et cum appropinquasset tempus pariendi, cepit contristari et clamauit ad dominum et dixit : Miserere mei domine, et adiuua me. Et non audiuit eam deus neque ulla misericordia erat cum illa. Et plorauit cum fletu magno et dixit : ubi est dominus meus adam ut uideat

non exaudite sunt uoces eius, neque circa illam misericordia uenit. Fleuit igitur cum gemitu magno dicens : Vbi es domine meus Adam ut me uideas in magnis doloribus positam. Sed quis enunciabit ? Numquid ei uentus annuntiabit, ut ueniat et me audiat ? Deprecor autem uos luminaria caeli dum reuertimini ad orientem' nunciate Ade dolores meos quos patior.

20. Audiuit autem Adam planctum Eue orauitque pro ea dominum. Et exaudiuit dominus deus uocem orationis eius' et Ade penitentiam suscepit. Tunc uero dixit Adam : Exurgam et uadam ad Euam ut uideam quare plorat' ne forte diabolus iterum eam inpugnet. Venit igitur ad eam Adam, et inuenit flentem. Dixit autem Eua : Domine meus Adam ut uidi te' refrigerauit anima mea in tanto dolore posita. Numquid tibi nuntiauerunt caeli luminaria, et uolatilia ? Exurge et deprecare dominum creatorem tuum, ut respiciat et misereatur mei' meque liberet de doloribus istis pessimis. Videns uero Adam plangentem Euam, cepit et ipse flere, clamans ad dominum pro ea.

21a. Venerunt autem xii^{im} angeli de caelo, et due uirtutes, una a dextris et altera a sinistris. Que uero a dextris circumegit eam' a facie usque ad pectus. Illa quidem a latere dixit ad Adam' quoniam preces

me in magnis doloribus, quis nuntiabit ei numquid uentus nuntiet ei ut ueniat, et aiuet me. Deprecor uos luminaria caeli dum reuertimini ad orientem nuntietis dolores meos ade, precor uos celi [f. 98 v] ut nuntietis ade dolores meos quos patior.

20. Et audiuit adam planctus eue, et deprecatus (est) adam pro ea ad <d>eum. Et exaudiuit dominus orationem ade, et suscepit penitentiam eius. Et dixit Adam : Surgam et uadam ad eam, et uideam qua propter tangit illam deus ne forte iterum serpens pungeat eam, uel pungans cum ea. Et pergens inuenit eam in lucto mangno, et dixit eua : domine mi adam uideat refrigerium anima mea in tanto dolore posita sum. Et nunc tibi annuntiauerunt luminaria caeli ut creator tuus respiceret super me ut misertus esset mei et liberaret me de omnibus his penis. Videns eam adam flentem et ipse cepit flere, exclamans et deprecans dominum deum pro eua.

21a. Et uenerunt duodecim angeli et due uirtutes una a dextris, et altera a sinistris. Et que erat a dextris tetigit circa faciem eius, usque ad pectum et altera dixit ad eam : Beata es eua propter adam quia ipse propter te plorauit ad dominum, illius enim oratio fecit ut acciperes adiutorium. Nisi enim illius oratio fieret nullo modo potuisses euadere, de doloribus istis, et de conceptu adu<l>terii istius. Surge nunc et para te ad parandum.

20. ¶ planctum] *correx*i plantum *Pr* ¶ [ut] *iter*. *Pr* ¶ [tanto] *conieci* trino (?) *Pr* —
21. ¶ a¹] *scr.* ad *et expunx.* d *Pr*

eius audite sunt. Dixit etiam ad Euam : Illius uero orationes fecerunt, ut acciperes adiutorium nostrum. Nisi enim illius oratio intercederetur' nullo modo posses euadere dolores istos de conceptu adulterii. Exurge ergo et prepara te ad partum.

21b. Cum autem prepararetur Eua' uirtus tenuit, peperitque Eua filium, eratque ut stella lucidus. Qui continuo cucurrit, [p. 185] suisque manibus erbam euulsit, deditque matri sue manducare. Dixit autem ad Euam Adam : Iustus est dominus qui non permisit ut manibus meis caderes. Imposuitque nomen eius Cain, quoniam est dispersio. Vnde dicitur Ade : inspirauit deus spiritum uite in faciem tuam. Ideo non ausus est diabolus agredi Adam sed Euam, quia non in faciem Eue spiritus datus est. Sine autem uoce dixit : non est in te spiritus uite, sed eris in partu et districtu, et in edificatione non eris.

22. Dixit autem uirtus ad Adam : Tolle etiam uxorem tuam. Accepit ergo Adam uxorem suam, et puerum eius eduxit ad orientem. Misit quoque deus Michaellem ad semina diuersa ut daret Adae et ostenderet ei laborare, et coleret terram quatinus fructus haberent unde manducarent ipse et omnis generatio que ex ipso processura erat.

23. Consummatis autem iii^{bus} annis Adam genuit Abel' quem uocauit uirtus. Mansit uero Abel diu una cum fratre suo Cain. 2. Dixit quoque Eua ad Adam : Domine meus dormiens ego uidi per somnium sanguinem filii nostri Abel ingredi in ore Cain fratris sui, eumque deglutiebat sine ulla misericordia. Ille quidem rogabat eum, ut indulgeret ei modicum, sed nichil profuit quia uiolenter potauit. Dixit igitur Adam : Ne forte occidat eum segregemus eos alterutrum, eisque singulas mansiones faciamus, occasionemque maligno mini-

21b. Et tenuit eam uirtus a dextris, et peperit [f 99 r] filium nomine caim. Erat lucidus sicut stella et continuo cucurrit et euellit herbam, et dedit matri sue, dixit ad euam uirtus : Iustus dominus qui non permisit in manibus meis te mortuam esse quia tu inquit cauta es.

22. Et post hoc accepit adam euam et puerum et duxit eos ad orientem. Et misit dominus michaellem, archangelum, ut ostenderetur unde uiuerent et colerent terram, et aberent fructum, et unde uiuerent qui processuri erant.

23. Et post annos concepit et peperit filium quem uocauit abel, et manserunt in unum. Et dixit Eua ad adam : domine mi uidi dormiens uisionem, sanguinem filii tui, abel, ingredi in os caim, fratris sui, et degluctiuit eum sine ulla misericordia et cum degluctisset rogabat ille ut indulgeret nec indulsit.

22. ¶ [dixit] *correx*i dissit *Pr* — 23. ¶ [dormiens] *scr.* domiens *et corr. supra lineam Pr*

me largiamur. Dixit quoque Adam ad eos : Ecce quidem singulas mansiones habetis, ut sitis in pace.

3. Dixit autem dominus ad archangelum : Vade et dic Ade secreto : Vide ne dixeris Eue : Ecce Cain filius tuus quoniam filius diaboli est occidet Abel fratrem suum. Verum inde ne tristeris quia tibi faciam surgere filium pro eo, inmagini meae consimilem, tibi que annuntiabit omnia que agere debes. Esto memor ne dicas unquam Euae et Cain. Hec itaque Adam cognoscens firmiter ea tristis in corde suo retinuit. Erat quoque et Eua condolens nimis.

24/4. Cognouit autem Adam uxorem suam concepitque et peperit filium, et uocauit nomen eius Seth. Et dixit Adam : Ecce quidem habemus Seth pro Abel quem occidit Cain. 5. Hi autem genuerunt filios et filias C XXIII. Numerus uero filiorum Adam lii eiusque filiarum lxxii. Multiplicati sunt itaque super terram' in turbam et in naciones.

30/5,2. Consummatis igitur d cccc xxx annis sciens Adam quia appropinquaret dies [p. 186] consummationis eius' dixit : Congregentur ad me omnes filii mei, ut eos uideam antequam moriar. Congregati sunt itaque ad eum filii eius erantque in tribulatione obseruantes ante lectum patris sui in oratorio, ubi adorabant dominum deum. Dixerunt autem ad eum filii eius : Quid tibi est pater ? Cur iacis ? Dixit autem Adam : Michi quidem male est. Qui responderunt ei : Pater quid est male habere ?

31/6. Dixit autem filius eius : Pater ne forte de paradisy fructu gustare desideres dic mihi si ideo tristeris ? Vadam equidem proxime ante paradisi portas, mittamque puluerem in capite meo dominum deum cum magna lamentatione deprecans. Ipse enim me forsitan audiet' fructumque de quo desideras mihi mittet. Cui pater : Noli inquit fili, quia nec illud desidero, sed male infirmor, dolores utique habens magnos. Cui filius : Quid sunt domine dolores ? Noli mihi abscondere pater ?

32/7,1. Cui Adam : Quando dominus deus me et matrem uestram in paradiso posuit' dedit nobis omnem arborem que erat in medio paradisi, scientie boni et mali arborem tantummodo non ederemus.

33/7,2. Sed aduersarius Sathanas quando angeli in caelum per consuetudinem ascenderunt adorare dominum deum' ea hora sedu-

23. 3 ¶ retinuit] *correx*i retinute *Pr* — 24. ¶ [Seth pro Abel] *correx*i pro Abel Seth *Pr* — 32. ¶ [deus] *supra lineam Pr*

cendi matrem uestram locum adinuenit, dicens ut illicita de arbore comederet, que manducauit mihique porrexit. Ego quidem manducaui nesciens quod partierat mihi deus et matri uestre ut paradisum custodiremus, et angelis simul nobiscum, mihi quoque tribuens partem orientis et boreae que est aquilo, matrique uestre partem austri et occidentis. Habentes igitur duodecim angelos nobiscum dum ascenderunt angeli adorare dominum deum, locum inuenit seducere eam diabolus, quia non presens eram neque angeli.

34/8. Dum autem manducarem' continuo iratus est nobis dominus deus, et dixit ad me : Quoniam derelinquisti mandata mea, et uerba mea que statui tibi, non custodisti' ecce iam induxi mortem tibi, xxi diuersos etiam dolores nuntio capitis, et oculorum et aurium' usque ad ungulas pedum, et per singula membra torquemini' que deputaui in flagellatione una cum interioribus. His uero me tetigit dominus deus in nouissimis temporibus.

35/9,1. Hec autem dum diceret Adam ad filios suos, apprehendens eadem hora dolores clamabat [p. 187] uoce magna dicens : Quid infelix faciam in tantis doloribus positus ? Cum uero uidisset Eua flentem eum' cepit et ipsa flere' cum lacrimis dicens : Domine deus' in me transfer dolores eius, quoniam ego peccaui. Deinde dixit ad Adam : Domine meus da mihi mediam partem dolorum tuorum, quoniam mei causa hec tibi acceperunt.

36/9,3. Cui Adam : Exurge et uade cum filio meo proxime paradiso, terramque in capite uestro mittite, et prosternite uos et plangite in conspectu domini' Forsitan deus miserebitur mihi, angelumque suum ubi est arbor misericordie transmittet, de qua currit oleum uite, dabitque inde modicum unguere me ut quiescam ab his doloribus quibus consummor.

37/10. His auditis abiit filius cum matre eius contra paradisum. Dum autem ambularent, uidit Eua quoniam subito uenit bestia impetum faciens filiumque eius momordit et filius pugnabat cum ea. Quod cum uidisset Eua plorauit dicens : Miserere fili mi' quoniam cum uenero in die iudicii omnes me maledicent quia non custodiui praeceptum domini dei. Deinde uoce magna bestie dixit : Maledicte quoniam praeualuisti te mittere imagini dei et ausus es pugnare cum ea. An quia eiecti sunt filii tui, an quoniam praeualuerunt dentes tui ad pugnam ?

34. ¶ diuersos] *Diuersos Pr*

38/11. Cui bestia : O Eua numquid non est ad malitiam uestram et hic dolor furoris uestri quoniam initium bestiarum ex te factum est ? Quomodo fieri potest ut apertum paradisi hostium fuisset postquam manducasti de ligno illicito, quod tibi prohibuit dominus deus ? Nunc ergo quid tibi dicam uel quomodo probare possum.

39/12. Tunc dixit eius filius : Claude os tuum et obmutesce maledicte et inimice ueritatis, et recede ab imagine dei usque in diem quo te dominus deus in exprobatorem iubeat adduci. Cui bestia : Ecce recedo sicut tu dicis a facie inuisionis inuisibilis dei. Statimque effugit bestia, eumque dentibus suis uulneratum dimisit.

40/13,1. Mater uero et filius eius ceperunt ambulare et uenerunt ante portas paradisi. Tuleruntque puluerem et miserunt in capite suo, et prosternauerunt se in facies suas cum gemitu magno dominum deum deprecantes quatinus in magna misericordia sua condoleret archangelum suum iubens, eis dare oleum misericordie sue.

41/13,2. Et ecce angelus Michael qui est constitutus super animas hominum dixit ad Eue filium : Homo dei noli laborare lacrimis orando causa olei misericordie [p. 188] unde unguis patrem tuum Adam.

42/13,3. Nunc enim impossibile est ut accipias de eo nisi in nouissimis diebus, quando completi fuerint ab Adam usque in institutionem consulis sub constantino imperatore, anni accc lxxxii. Tunc quidem ueniet altissimus super terram dominus deus filius dei suscitare corpus Ade. Et ueniens in Jordane, baptizabitur in eo. Dum autem egressus fuerit de aqua ueniam ad eum cum oleo misericordie et perunguam. Post hec quidem introducetur in paradysum tuusque pater perunguetur oleo uite.

43/13,6. Nunc uero ad patrem tuum uade quia completum est tempus uite eius, adhuc aliis sex diebus restantibus ut exeat de corpore. Audi inquam fili uidebis enim mirabilia, magna in caelo et in terra, et in luminaribus caeli.

